ecõtra. Jtez tu potes esse rome: ergo possibile est te esse rome: et sic de infinitis similib[9]: Similiter nõ valet cõsequẽtia simplicit[er] et formaliter a sẽsu cõposito ad diuisũ aut ecõtra cũ hijs terminis necesse: necessariũ: necessario: cõtingit: de necessitate: cõtigẽs: cõtingit: Unde nõ sequit[ur] sedẽtẽ cõtigẽs est currere: ergo cõtingens ẽ sedentẽ currere. Nec sequitur albũ cõtingit eẽ nigrũ: ergo cõtigit albũ eẽ nigruz. Nec sequit[ur]: aliqs hõ cõtingẽter ẽ: ergo cõtingẽter aliqs hõ ẽ. Nec seqtur cõtingẽter aia tua ẽ: ergo aia tua cõtigẽter ẽ. Nec sequitur: necesse est omnẽ hoiem eẽ: ergo omnem hominez necesse est eẽ. Nec sequitur necessario homo est: ergo homo necessario est. Nec sequitur de necessitate omne futuruz erit: ergo omne futuruz de necessitate erit. nec sequitur necessariũ est alterum istoꝝ eẽ veruz: ergo alterũ istoꝝ necessariũ est eẽ veꝝ: et ita de similib[9] infinitis. Similiter nõ valeret cõsequẽtia argumẽtãdo ex cõtradictorio cõsequẽtis ad cõtradictoriũ aĩtis: valẽt tñ quãqz huiusmõi cõsequẽtie de materia: sed nõ simpliciter et formaliter. Unde bene sequitur necessario de[9] est: ergo deus necessario est. Jste sol necessario lucet: ergo necessario iste sol lucet: et econtra. Tu contingenter es homo: ergo contingenter tu es homo: et econtra: et ista sufficiant quo ad primum modum.

¶ Secũdus modus.

¶ Arguendo a sensu cõposito ad sensum diuisuz mediante aliquo termino habente vim confundẽdi terminum etc.



Iste est secundus modus cõpositionis et diuisionis. Et fit cuz terminis cõfundentibus cõfuse tm̃: cuius modi sunt requirit[ur]: presupponitur: indigeo: incipit: desinit: imediate: ĩ eternum: eternaliter: ab eterno: semp: et huiusmodi: et est sensus cõposit[9] ĩ hoc modo: cũ terminus cõis stat cõfuse tãtũ sequẽs aliquẽ istoꝝ terminoꝝ. Uel melius sensus cõpositus est cuz terminus cõis stat cõfuse tãtũ: vel immobiliter: sensus vero diuisus est cũ terminus capax confusionis stat determinate vel mobiliter: nam dicendo promitto tibi omnẽ denariũ hec est in sensu cõposito quãtum ad hunc modum et terminus cõis nõ stat confuse tantũ: vel dicatur q[uod] sensus compositus est: cum terminus confundibilis ab hijs terminis sequitur aliquem hoꝝ terminoꝝ: diuisus vero cũ terminus cõfundibilis precedit vel cũ idẽ terminus stat determinate. vñ iste imediate post hoc erit aliqd instãs: icipit aut desinit eẽ aliquod instãs: pmitto tibi denariũ: ad videndũ requirit[ur] oculus: et similes oẽs sunt ĩ sẽsu cõp[9]: sz aliqd istãs imediate post h[oc] erit: aliqd istãs icipit aut desinit eẽ denariũ tibi pmitto: ocul[9] reqrit[ur] ad vidẽdũ et siles sũt oẽs ĩ sẽsu diuiso: oĩa nãqz huiusmõi significatiõe dicũt[ur] pprie facere sẽsũ cõpositũ qñ pcedunt terminũ ab eis cõfũdibilẽ: dicũt[ur] ãt facere sẽsũ diuisuz qñ sequũt[ur] talẽ t[er]minũ: vt pz. Et differt sẽsus cõposit[9] a diuiso quãtũ ad istũ modũ dupliciter. ¶ Primo qr ista de sensu cõposito est pbabilis rõne termini faciẽtis sẽsuz cõpositũ: sz illa de sẽsu diuiso rõne t[er]mini pcedẽtis. ¶ Scd̃a qr ppõ de sẽsu diu[9] reqrit v[er]ificatõez disiũctiuã vl' copl'atiuã: vt denariũ pmi[9] tibi: aut oẽz dna- p[rim]a dr̃ia. 2a dr̃ia.

rium tibi promitto:illa vero de sen-
su cōposito nō reqrit talē verificatio
nem:vt promitto tibi denarium : nō
requiritur qḋ promittam tibi.a . de-
narium:vel quod promittā tibi .b.
denariū:⁊ ita de alijs similiter. Pa
tet igitur sensū cōpositū ⁊ diuisum
quo ad istū modū esse adinuicē im-
ptinentes.Unde multū differūt hee
due ⁊ similes.Ad vidēdū requiritur
oculus ⁊ oculus requirit ad viden-
nom pm dū.¶Et notandum quod indigeo:
requiro:presuppono:⁊ huiusmodi:
non confundunt cōfuse tātū: nisi cū
gerundio.Unde si dicatur: indigeo
oculo:li oculo stat distributiue:sȝ di-
cendo:indigeo oculo ad videndū:
li oculo stat cōfuse tm̄ imobiliter : et
non plus significāt iste ꝑpōnes indi
geo oculo ad vidēdū:requirit equ9
ad eqtādū:ꝑsupponit nauis ad naui
gādum:nisi ꝙ nō posset videri sine
oculo:⁊ ꝙ nō pōt eqtari sine equo :
⁊ ꝙ nō pōt nauigari sine naui:⁊ oīa
ista sunt vera:vt pȝ intuēti.Jō nō se-
quit ad oēm motū reqrit proportio
maioris inequalitatis ergo propor-
tio maioris inequalitatis requit ad
omnē motum:antecedēs enim ē verū
cū significet ꝑncipaliter qḋ null9 pōt
eē mot9 sine ꝑportione maioris ieq-
litatis:⁊ ꝯñs falsū:requirit enī vifi-
cationē disiūctiuā qr li ꝑportio stat
determinate ⁊ quacūqȝ ꝑportiōe ma
ioris ineqlitatis demōstrata illa nō
requirit ad omnē motum:vt pȝ:imo
nulla ꝑportio maioris iequalitatis
nom 2m reqrit ad oēm motū.¶Pro quo est
notādū ꝙ triplex ē ꝑportio.s.eqlitatis
maioris ieqlitatis ⁊ minoris ieqlitatis
ꝑportio eqlitatis ē duoꝝ equaliū ad
inuicē cōparatio:vt duorū ad duo:
⁊ triū ad tria:⁊ ita de alijs.Propor
tio maioris iequalitatis ē maioris ad
min9 cōparatio:vt duoꝝ ad vnū: et
triū ad duo vel ad vnū.Proportio
minoris inequalitatis ē minoris ad
maius cōparatio:vt vnum ad duo ⁊
duoꝝ ad tria:⁊ triū ad q̄tuor vel ad
qnqȝ vel ad sex:⁊ vltra.¶Jtē notan- nom 3m
dū ē:qḋ qñ motiui potētia ⁊ potētia
mobilis seu resistentia mobilis sunt
equales:ita qḋ q̄ntū vnū sufficit age-
re vel mouere tātū aliud scilicet mo
bile sufficit resistere: motiuū nunq̄ȝ
mouebit illud mobile stāte illa ꝑpor
tione equalitatis: ⁊ multo min9 mo-
uebit:si mobile esset maioris resistē-
tie quā motiuū ad agere:⁊ ideo ad h̄
vt fiat motus reqritur ꝙ motiuū ex-
cedit suā resistētiā : ita qḋ motiui ad
mobile sit ꝑportio maioris iequali-
tatis:⁊ nulla ꝑportio maioris ineqli
tatis reqrit ad oēm motū.Jtē nō seq
tur ad oēm visionē reqrit oculus: er
go oculus reqrit ad oēm visionē:an
tecedēs enī ē veꝝ significās qḋ visio
nō pōt fieri sine oculo:⁊ cōsequēs fal
sū:quia quicunqȝ oculus detur ille
non requiritur ad omnem visionē.
Jtem non sequitur:ad equitandum
requiritur equus:ergo equus requi
ritur ad equitandum:antecedens ve
rificatur:vt prius:⁊ consequens est
falsum. Similiter non sequitur : tu
teneris:aut debes:aut obligaris sol-
uere isti denarium : ergo denarium
teneris:aut debes:aut obligaris isti
soluere. Nec sequitur promitto tibi
denarium: ergo denarium promit-
to tibi.Nec sequitur:semper fuit vel
erit aliquod instans : ergo aliquod
instans semper fuit vel erit . Nec se-
quitur eternaliter fuit vel erit aliqs
homo : ergo aliquis homo fuit vel
erit eternaliter.¶Similit argumen
tādo cū his terminis ab eterno:per-
petuum:perpetualiter:perpetuo : et
vniuersaliter cū terminis iportātib9
obligationē aut promissionem non

valet consequentia a sensu composito ad diuisuz: semp enim in ante terminus cōis stat cōfuse vel imobilit: ꝛ in ꝯsequēte nō. Similiter si arguat ex ꝯtradictorio cōsequētis ad ꝯtradictoriū antecedētis alicuius istaꝝ nō valet ꝯña: vnde nō sequit: nullū denariū teneor aut debeo tibi dare: ergo nō teneor aut debeo tibi dare aliquē denariū: ꝛ ita de alijs. ¶ Ad istū modū reducit vniuersaliter quādo arguit a termino stāte cōfuse tātū ad eūdē stātez determinate remanente eadē distributione vel eodē termio sincathegorematice: vnde nō sequit omnis hō habet caput: ergo caput habet ois homo: Nec seqt post qōlibet instās erit aliqō instās: ergo aliquod instās erit post quodlibet istās Nec sequit ante quodlibet istās erit istās: ḡ istās erit añ qōlibet istās. Similr nō seqt imediate post h̄ erit aliqō instās. ḡ aliqō istās erit imediate post hoc: antecedēs eniz est verū: vt patet p exponētes ꝛ ꝯsequēs ē falsuz qꝛ nullū instās erit imediate post h̄: qꝛ quodcūqꝫ istās erit post hoc: iter illud ꝛ hoc erit tunc mediūz in quo erunt infinita instātia: qꝛ nullū istās ē imediatū instāti. Nec seqt: tu icipis ptrāsire aliquā ptez. a. spatij: ergo aliquā patē. a. spatij incipis ptrāsire: pono enim ꝙ tu icipias moueri super. a. p remotionē de p̄senti: tūc añs est verū: vt pꝫ exponendo: ꝛ cōsequēs ē falsū ꝙ pbat: et primo ꝙ añs sit veꝝ arguendo sic: tunc nō pertransis nec ptrāsisti aliquā ptē. a. spatij: ꝛ imediate post istās pñs ptrāsibis aliquā ptē. a. spatij: ergo icipis ptrāsire aliquaz ptē. a. spatij: pꝫ cōsequētia cū maiori: ꝛ minor pbat: post istās p̄sens ptransibis aliquā ptē. a. spatij ꝛ nullū erit instās post istās p̄sens qn inter id et hoc istans p̄sens ptrāsibis aliquam ptez. a. spatij: ergo ꝛc. pꝫ ꝯsequētia ꝛ antecedens similiter: modo arguit falsitas cōsequētis cōsequētie principalis: qꝛ si aliquā partē. a. spatij incipis ptransire sit ista. b. ꝛ arguit ꝙ. b. nō incipis ptransire: exponit eni sic: in instanti p̄senti nō ptransibis. b. qa nūc nō moueris: ꝛ imediate post instās p̄sens ptrāsibis. b. mō hec ē falsa habet eniz sic exponi ista exponēs: post instans p̄sens ptrāsibis. b. ꝛ nullū erit instās post pñs instās qō iter illud ꝛ pñs istans ptrāsibis. b. ꝛ hoc est falsum: imo erit aliqō instās post hoc istās pñs: ꝛ inter illud ꝛ hoc presens istās nō pertrāsibis. b. ꝙ pbat: ꝛ capio illud tp̄s in quo p̄cise ꝛ adequate ptrāsibis. b. ita ꝙ in nullo maiori nec in aliquo minori: ꝛ vocetur. d. ꝛ capio mediū instans illiꝰ tp̄is d: ꝛ sit. c. ꝛ pꝫ ꝙ. c. istās erit post hoc instās pñs: ꝛ inter. c. ꝛ hoc istās presēs nō ptrāsibis: b. cū istud tp̄s sit minus. d. ꝛ in nullo minori. d. ptrāsibis. b. vt patuit: ergo. c. erit instās post hoc ꝛ inter illud ꝛ hoc non pertransibis. b. ergo aliquod erit instās post hoc ꝛ inter illud ꝛ hoc non pertransibis. b. ergo non imediate post hoc pertransibis. b. ꝙ erat probanduz. Itez non sequitur incipit esse aliqua ps huius hore: ergo aliqua pars huius hore incipit esse: antecedens eniz ē verum ꝛ consequens falsum: antecedens probatur: quia in instanti presenti non est aliqua pars huius hore ꝛ imediate post instans presens erit aliqua pars huiꝰ hore ergo ꝛc. patet consequentia cum maiori ꝛ minor probatur: post instans presens erit aliqua pars huius hore: ꝛ nullū erit instans post hoc instans presēs ꝙ inter id ꝛ instans presens erit aliqua pars huius hore ergo ꝛc. patet consequentia cum maiori ꝛ minor

probatur: quoniaꝫ si aliquod erit instās post hoc ⁊ inter illud ⁊ hoc nō erit aliq̄ pars hui⁹ hore: sit illḋ istās .b. ⁊ patet qḋ inter .b. instās ⁊ presēs istās cadit tēpus mediū qḋ erit aliq̄ ps hui⁹ hore: patet igiť qḋ añcedens ꝑncipalis cōsequēte ē veruꝫ. Et qḋ ꝯsequens eiusdē sit falsum arguiť: q̄ꝛ si aliqua ps huius hore incipit eē sit illa .c. ⁊ patet ꝙ .c. nō incipit esse: q̄m si .c. icipit esse ⁊ in instanti presēti nō est: ergo imediate post presēs instās .c. erit qḋ ē falsū: vt patet: q̄m eius secūda exponēs ē falsa: scilꝫ ⁊ nullum erit instās post hoc p̄ns: instās qḋ inter illud ⁊ hoc presens istās .c. erit: q̄ꝛ tūc .c. foret antequā sua medietas foret: ⁊ etiā qḋ .c. foret ante suū mediuꝫ istās qḋ ē ipossibile. Itē nō sequitur incipit aliqua pars hui⁹ hore eē ptrāsita: ergo aliqua ps huius hore incipit eē pertrāsita: añs enim ē veruꝫ et cōsequēs falsuꝫ: demōstrādo horam futuraꝫ incipientē ab hoc istāti ꝙ ꝓbatur ⁊ primo ꝙ añs sit veꝝ. nūc nō ē aliqua pars huius hore ptrāsita: et imediate post hoc aliqua ps hui⁹ hore erit ptransita: ergo incipit aliqua pars huius hore eē ptrāsita pꝫ ꝯn̄a cū maiori ⁊ minor ꝓbať post hoc aliqua ps hui⁹ hore erit ptrāsita ⁊ nullū erit istans post hoc ꝙ inter illud ⁊ hoc aliqua ps hui⁹ hore erit ptrāsita ergo ⁊c̄. pꝫ ꝯn̄s ⁊ añs ꝑ maiori pte ē manifestū ⁊ minor ꝓbať vt pri⁹: ꝙ ꝯn̄s sit falsuꝫ: pꝫ q̄ꝛ si aliqua pars huius hore incipit eē ptransita deť ista: ⁊ sit .b. ⁊ patet quod .b. pars nō incipit eē pertransita: ⁊ deducatur: vt prius. Similiter nō sequitur icipit aliqua pars huius spatiȷ eē pertransita ergo aliqua pars hui⁹ spatiȷ incipit esse pertransita: posito qḋ .a. mobile incipiat moueri per remotioneꝫ de presenti super .b. spatio: ⁊ deducitur vt prius quod antecedens sit verum ⁊ consequens falsum. Similiter nō sequitur incipis videre aliquā ptem .a. magnitudinis: ergo aliquā ptē .a. magnitudinis icipis videre: posito eniꝫ quod .a. sit vna magnitudo que nūc sit tibi occulta ꝺm se: ⁊ quodlibꝫ sui: ⁊ quod icipiat tibi manifestari ꝑ partē ante partem in infinitū: ita qḋ prius ei⁹ medietas quā totum: ⁊ pri⁹ medietas medietatis: ⁊ sic in ifinituꝫ: ⁊ patꝫ quod totuꝫ antecedens est verum ⁊ consequēs falsum et deducať vt prius similiť nō sequiť icipit aliq̄ pars ocultari ergo aliqua pars incipit ocultari posito enī qḋ .a. sit vnuꝫ corpus visuꝫ a te scḋm se ⁊ quālibet sui partē extremā et qḋ incipiat ocultari per partē ante partē ifinitū: ⁊ patet qḋ antecedēs est verū ⁊ ꝯsequēs falsum: Similiter nō sequitur icipit esse aliqḋ instās futuꝝ: ergo aliquod instans futuꝝ incipit esse: notuꝫ eniꝫ est quod antecedens est verū: ⁊ consequēs falsū: quia quodcūq; instans futurum signeť: ipsum non incipit eē qualiter cūq; exponatur: ex eo qḋ nullum instans futuꝝ imediate post hoc erit. Similiter nō sequiť cū termino cōmuni distributo: vnde nō sequitur: tu incipis scire omnem propositionem: ergo omnem propositioneꝫ incipis scire: posito enim qḋ non sint nisi .xi. ꝓpositiōes quaruꝫ .x. scias: ante sciuisti: ⁊ post hoc scies: sit tamen vna quā nō sciuisti que desinat esse per remotionē de presenti: ⁊ nulla alia incipiat eē: ⁊ tunc pꝫ qḋ antecedēs ē veꝝ ⁊ ꝯsequēs falsum: vt pꝫ. Similiter si arguať ex cōtradictorio ꝯsequētis ad ꝯtradictoriū antecedentis: consequentia non valebit. ¶ Iteꝫ cū isto verbo desinit non valet. vnde non sequitur tu desinis pertransire aliquā partē .a. ergo ali-

quaz partē.a.desinis pertransire:po sito.n.q nūc sis in vltimo instāti ho re pterite in qua adequate ptranscie ris.a.spatiū:ita quod nunc desinas moueri per remotionez de presenti antecedens est verum:z consequēs falsum:ergo illa consequentia non valet:quod antecedens sit verum in casu isto.probatur:quia in istanti p̄senti non pertransis aliquaz partē.a. z imediate ante instās presens ptrā sisti aliquā partez.a.ergo zc̄.patet cō sequētia cū maiori:quia in hoc instā ti nō moueris:z arguit minor Ante instans presens pertransisti aliquaz partez.a.z nulluz fuit instās ante in stans presens:quod inter id z instās presens pertransisti aliquam partez .a.ergo zc̄.patet cōsequentia cū ma iori:z arguitur minor:qz det oppo situm:aliquod fuit instans ante .a. z inter illud z.a.non pertransisti ali quā ptē.a.contra sit illud instans.b. z cuz inter.b.z presens instās fuerit tēpus mediū in quo fuisti motus lo caliter:z aliquod ptransisti aut totuz .a.aut partē.a.sed nō totū.a.ergo ptē .a.q erat probandum:Et ita relinq tur antecedēs p̄ncipalis consequen tie verū.Aliud autē cōsequēs sit fal sum arguitur:quia si aliquā partē .a. desinis pertransire sit illa.b.z argui tur quod.b.non desinis pertransire: quia nunc non pertransis.b.nec im mediate ante hoc pertransisti .b. er go zc̄. tenet ꝯsequentia cū maiori ex quo nūc nō moueris p casū:z minor ꝓbat:qz si nō ē vera:da tu oppositū: scilicz imediate āte hoc ptransisti.b. z tunc arguo sic:imediate ante hoc pertrāsisti.b.ḡ nullū fuit istās añ hoc qn iter illd̄ z h̄ ptransisti.b.tꝫ ꝯñ a ab exposita ad alterā suaꝝ exponētiuz: sed ꝯñs ē falsū:ḡ z añs:ḡ oppositum añtis ē veꝝ.Sꝫ tale oppositū fuit mi nor:ḡ illa minor erat vā:sꝫ ꝓbo falsi tatē ꝯñtis:qz oppositū ei9 ē veꝝ.s.ali qd̄ fuit istās ante hoc z iter illud: z h̄ nō pertrāsisti.b.qd̄ ꝓbo.z accipio to tū tps in quo adequate pertrāsisti.b. z sit illud.d.tūc capio mediū istās il lius tpis.d.qd̄ sit.c.z arguo sic:iter.c. istās z hoc istās nō ptrāsisti.b. vt pꝫ: qz.c.fuit mediū istās toti9 tpis.d.in q̄ tpe.d.adequate ptrāsisti.b.p casūz: z .c.fuit aliqd̄ istās añ hoc:ergo aliqd̄ fuit istās añ hoc z iter illd̄:z hoc nō ptrāsisti.b.ḡ nō imediate añ h̄ ptrāsi sti.b.qd̄ erat ꝓbādū z si sic:ḡ.b.nō de sinis ptrāsire.et sicut arguit d̄ ipo .b. ita de q̄libet alia pte.a.data vl' dabili Itē nō seq̄t d̄sinit eē aliq̄ ps ꝓportio nalis hui9hore demōstrādo horā p̄ teritam terminatā ad h̄ istās: ḡ aliq̄ ps ꝓportiōalis hui9hore desinit esse: añs.n.ē veꝝ exponēdo p remotiōez de p̄nti qz'alit nō pōt exponi: z ꝯñs ē falsū q̄cūqz ps det. Itē nō seq̄t desi nit eē aliqd̄ istās p̄teritū:ḡ aliqd̄ istās p̄teritū desinit eē:añs eni ē veꝝ:vt pꝫ qm̄ nūc nō ē aliqd̄ istās p̄teritū:z im mediate añ hoc fuit aliqd̄ istās p̄teri tū:ḡ desinit eē aliqd̄ istās p̄teritū : pꝫ ꝯña cū maiori z minor ꝓbat:añ hoc fuit aliqd̄ istās p̄teritū:z nullū fuit i stās añ hoc qd̄ iter illd̄ z hoc fuit ali qd̄ istās p̄teritum:ḡ imediate añ hoc fuit aliqd̄ istās p̄teritū:z tñ ꝯñs ꝯse quētie p̄ncipalis ē falsū aliqd̄ istās p̄ teritū desinit eē:qz signet illd̄:z sit.c: z arguit q.c.nō desinit eē:qz.c.nunc nō ē:nec imediate añ h̄ fuit:nec ime diate post hoc erit:ḡ zc̄.Nec seq̄t de sinis vidē aliquā ptē.a:ḡ aliquā ptez .a.desinis videre:posito.n.qd̄ i p̄nci pio hui9hore p̄terite tmiate ad hoc istās videbas totū.a.ita qd̄ tūc icepis set occltari p ptē añ ptē ifinitū ꝯtinue vsqz ad h̄ istās:ita qd̄ i istāti p̄nti ñ vi debas.a.nec aliquā ei9ptē:sꝫ bñ ime

qd

diate añ hoc vidisti aliquã ei⁹ partẽ: tunc antecedens est verũ ꝛ ꝯñs falsum vt patȝ. Similiter si i aliqua ista rũ ꝯsequẽtiaꝝ similiũ arguaꝛ ex ꝯtra dictorio cõsequẽtis ad ꝯtradictoriũ añtis ꝯña nõ erit bona ex quo nulla
no^m vl istaꝝ est bona: vt pȝ. ¶ Ultimo ẽ no
timum. tãdũ qꝺ respectu terminorũ singula rium ꝛ simpliciũ satis valet ꝯña: ꝛ h ideo ẽ qꝛ terminus discret⁹ ꝛ singularis seruat eãdẽ suppõnem siue precedat siue sequatur. Unde bene sequitur incipio vel desino videre sortez ergo sortez incipio vel desino videre ꝛ ecõtra. Item promitto tibi .b. denariuȝ ergo .b. denariuȝ tibi ꝓmitto ꝛ ecõtra. Item sequitur ad omnẽ motum regritur ista ꝓpositio: ergo ista ꝓpositio regriꝛ ad oẽȝ motũ: ꝛ ita de alijs: ꝛ isti duo sẽsus ꝯuertũtur inter se: sed hoc non ẽ simpliciter: ꝛ formaliter: sed soluȝ gratia materie merito termini singularis: ꝛ hoc de secundo modo ꝛc.

¶ Tertius modus.

¶ Itẽ respectu termiñoꝝ relatiuoꝝ nõ valet consequentia a sẽsu composito ad diuisum ꝛc.


Iste est terti⁹ modus sẽsus ꝯpositi ꝛ diuisi: ꝛ fit mediante hoc relatiuo qui que quod in quocũqȝ casu accipitur. Et ẽ sensus cõposit⁹ cuȝ hoc relatiuũ qui que quod: refert antecedens stãs ꝯfuse tm̃: vel vniꝛ imediate antecedẽti distributo: vel cum verbũ ꝓncipale fuerit negatũ. Exẽplũ primi: ꝓmitto tibi denariũ queȝ tibi ꝓmitto: hec ẽ in sensu ꝯposito. Exẽplũ secũdi: oĩs hõ q ẽ alb⁹ currit hec ẽ et in sẽsu ꝯposito. Exẽplũ tertij chymera q̃ currit nõ moueꝛ hec sitr est in sensu composito: in sensu diuiso ẽ cũ nõ refert ãtecedẽs: stãs ꝯfuse tãtũ: nec vniꝛ imediate antecedẽti distributo: nec verbũ ꝓncipale ẽ negatuȝ. Exẽpluȝ vt aliqs hõ q ẽ alb⁹ currit. ¶ Pro istis relatiuis sit ꝓma regula ista: qñ hoc relatiuũ qui que qꝺ teneꝛ in sensu cõposito tũc non licet ipsuȝ resoluere in ꝛ: et ille illa illud: vel in ꝛ: ꝛ ipse ipsa ipsuȝ. Unde nõ sequtur oĩs hõ ẽ aĩal qꝺ ẽ rõnale: ġ oĩs hõ ẽ aĩal: ꝛ illud ẽ rõnale. Itẽ nõ seqꝛ tu differs ab hoĩe q ẽ rome: ergo tu differs ab hoĩe ꝛ ipe ẽ rome. Nec sequiꝛ chymera que currit nõ moueꝛ: ergo chymera currit: ꝛ ipsa non moueꝛ. p^a reg^a. ¶ Secũda regula ẽ ista: relatiuũ cathegorematice relatũ ad suũ antecedẽs supponit eodẽ modo sicut antecedẽs suũ: sed relatiuum ypothetice relatũ ad suũ añs stãs ꝯfuse tãtuȝ supponit determinate: vnde hoc relatiuũ qui que quod: semp supponit eodẽ mõ sicut suũ antecedẽs in quocũqȝ casu fuerit: sed ista relatiua ille illa illud: ꝛ ipse ipsa ipsũ: ꝛ hmõi semper supponũt eodẽ modo sicut suuȝ antecedẽs: nisi antecedẽs stet confuse tãtũ: qꝛ tũc stãt determinate replicando totã cõpositionẽ sui antecedẽtis: iõ hec copulatiua ẽ falsa: oĩs hõ ẽ aĩal ꝛ illud ẽ ratiõale: qꝛ secũda, ps ei⁹ significat ꝓncipaliter: qꝺ aĩal qꝺ ẽ oĩs hõ ẽ rõnale ꝛ hoc ẽ falsũ: quoniã nullũ aĩal ẽ oĩs hõ. 2ª reg^a. ¶ Ex diffinitiõe sensus cõpositi patet qꝺ trib⁹ modis fit sensus cõpositus mediãte hoc relatiuo q q̃ qꝺ vꝉ suo obliquo. Cor^m. ¶ Primo cuȝ refert antecedens stãs cõfuse tãtũ. primo. ¶ Secũdo cũ vniꝛ imediate antecedẽti distributo. secũdo. ¶ Tertio cum verbũ ꝓncipale fuerit negatũ. tertio. Propterea non sequitur omnis homo ẽ

animal qd ē rationale: ergo ois hō ē animal ꝛ illud ē rationale aňs enim est ver̄ ꝛ cōseqnens falsū. Itez nō se quit̄ pmitto tibi denariū quē tibi p mitto: ergo pmitto tibi dnariū ꝛ illū tibi pmitto: aňs eni3 ē ver̄ in casu et ꝯňs falsū: qꝛ significat illud ꝯňs de nariū quē tibi pmitto: tibi pmitto qd falsu3 ē: vt patet. Ite3 nō sequit̄ req rit̄ oculus qui reqritur ad vidēdū: g̃ ad vidēdū reqrit̄ oculus: ꝛ ille reqri tur ad vidēdū. Itē nō sequit̄ imedia te post hoc erit qd aliquādo erit: er go imediate post hoc erit: ꝛ illud ali quādo erit. Itē nō seqt̄ imediate āte hoc fuit qd aliquādo fuit: g̃ imediate ante hoc fuit ꝛ illud aliqñ fuit: in oi bus huiusmōi cōsequētijs: est aňs ve rū ꝛ ꝯsequēs falsū: ꝛ in oib⁹ relatiuū in cōsequēte stat determinate ꝛ i āte cedēte stat cōfuse tantū: ꝛ in cōsequē tē relatiuu3 replicat totā ꝓpositiōe3 sui antecedētis: vt patet. ¶ Similiter fit sensus cōposit⁹ cū relatiuū vnitur imediate antecedenti distributo: ita qd inter relatiuū ꝛ aňs nō cadit vbū pncipale: sicut hic ois homo q ē al bus currit: ois ꝓpositio cuius cōtra dictoriū ē falsu3 ē vera: si aūt iter an tecedēs distributu3 ꝛ relatiuu3 cadit verbū pncipale affirmatū: est talis p positio in sensu diuiso: vt hic omnis homo currit qui est albus: ꝛ ois pro positio est vera cuius cōtradictoriū est falsu3. Et differūt iste ꝓpositiōes ois hō q est alb⁹ currit: ꝛ ois hō cur rit qui ē albus ꝛ similes: qꝛ i eis non sunt distributiones equales: i ista. n. ois hō currit qui est alb⁹: ē maioꝛ di stributio quā in ista: ois hō q ē alb⁹ currit: in pꝛima eni distribuit̄ li hō p oibus suis suppositis: ꝛ significat co pulatiue ꝙ ois homo currit ꝛ quod ois hō ē albus: sed i secunda: qꝛ rela tiuū cōiūgit̄ antecedēti imediate li mitatur antecedēs a ꝓpositione rela tiui ꝛ distribuitur li hō solū pro ho minibus albis: ideo nō plus signifi cat ista: ois hō qui ē albus currit: ni si qd ois hō albus currit: ꝛ ideo plus significat illa de sensu diuiso quā illa de sensu composito: vnde si omnis homo currit qui est albus: sequit̄ qd ois hō q est albus currit: s3 nō sequi tur ois homo qui est albus currit: er go ois homo currit q est albus: na3 posito ꝙ oēs homines albi currant nigri sedeant ē antecedens ver̄ ꝛ cō sequens falsu3: vt patet: ꝛ eode3 mō dicitur de alijs similibus. Unde non sequitur ois pꝛopositio cuius cōtra dictoꝛium ē falsum est vera: ergo ois pꝛopositio est vera cuius cōtradicto rium est falsu3. Ite3 nō sequit̄ ois cō sequentia cuius antecedens est ipos sibile est bona: ergo omnis cōsequē tia est bona cuius antecedens est i possibile. Item non sequitur o ē aīal quod est rudibile est asinus: g̃ omne animal est asinus quod est rudibile. Itē nō sequit̄ ois hō qui habet iusti tiā est iustus ergo ois hō est iustus q habet iustitiā: in oibus his arguit̄ a sensu cōposito vero ad sensu3 diuisū falsu3. ¶ Arguēdo tamē ecōuerso in oibus hijs ꝯsequētia est bona qꝛ in his qcqd significat sensus cōpositus significat sensus diuisus ꝛ plus vt di ctū ē. ¶ Ite3 in illis de sensu diuiso re soluēdo relatiuū in ꝛ: et ille illa illud vel ipse ipa ipm: valet ꝯňa: Uñ bene seqtur ois hō currit qui est albus er go ois hō currit ꝛ ipse est albus. Si militer seqtur ois ꝓpositio est vera cuius ꝯtradictoꝛiu3 ē falsu3 ergo ois ꝓpositio est vera ꝛ illi⁹ ꝯtradictoꝛiū est falsu3 ꝛ sic de alijs. ¶ Sed in illis de sensu ꝯposito tale relatiuu3 nō de bet resolui. Unde nō seqt̄ ois homo q est albus currit ergo ois hō currit

z ipse est albus. Nec seqr ois ppositio cuius ɔtradictoriu; est falsu; est vera ergo ois ppositio est vera z illi⁹ ɔtradictoriu; est falsu;. Nec seqr tu differs ab aiali qđ est asinus ergo tu differs ab aiali z illud ē asinus. Nec seqr tu differs ab hoie qui est rome ergo tu differs ab hoie z ipse est rome. Nec sequit tu es fortior aiali qđ ē musca ergo tu es fortior aiali: z illud ē musca: z ita de alijs silib⁹. In oibus eni his ē añs ve℞ vt p; exponēdo: z ɔñs falsū vt p; cu; sit copulatiua falsa manifeste. ¶ Valeret tñ quādoq; gr̄a materie sed nō formaliter: vñ bñ seqr ois hō q est risibilis ē animal. ergo ois hō est risibilis q ē animal. Itē ois hō q ē substātia est coloratus ergo ois hō est substātia q ē coloratus. Et silr resoluēdo. Vñ seqtur ois hō q ē aial est substātia: ergo ois hō ē aial z ipa est substantia: z ita de alijs. ¶ Silr fit sensus cōposit⁹ cū tale relatiuū pcedet vl seqr vbū pncipale negatū: vt chymera q̄ currit nō mouer: vl chymera ñ currit q̄ mouetur: z tūc tale relatiuū ñ h; resolui: z si resoluat i z: et ille illa illđ vl ipe ipsa ip;: nō val; ɔñā de forma licet valēt qñq; gr̄a materie. Vñ nō seqr tu ñ es iste hō q est latro demōstrato te: ergo tu nō es iste hō z iste est latro. nec seqr tu nō es iste hō q est asinus ergo tu non es iste homo z ille est asinus semp demōstrādo te: nec seqtur chymera que est hō nō est aial: ergo chymera ē hō z ipsa nō est aial: Nec seqr chymera q̄ currit nō mouer: ergo chymera currit z ipsa nō mouer. In oib⁹. n. his est añs verum z ɔñs falsū vt p;. Qñcūq; tale relatiuū nō refert añs stās ɔfuse tm̄: nec vnir antecedēti imediate distributo: nec verbū pncipale fuerit negatū tūc ɔñtia erit vniuersaliter bona resoluēdo tale relatiuū per z: et ille illa illud zc.

¶ Quartus modus.

¶ S; respectu terminorū qui sumūtur aliquādo cathegorematice: aliquādo sincathegorematice inferēdo sēsu; ɔpositum ex sensu diuiso zc.

Iste est q̄rtus mod⁹ cōpositiōis z diuisionis. Et fit mediantibus terminis qñq; cathegoremati͡c qñq; sincathegorematice sūptis. Vñ hij termini. Infinit⁹ ta tu;: totus ta tu;: tā i singulari quā plurali: stant cathegorematice: qñq; vo sincathegorematice. Primo mō tenētur in sensu ɔposito. Et tenēr cathegorematice qñ ponunr a pte p̄ti vl a pte subiecti pcedēte substātiuo vel adiectiuo ei⁹: vt aliqs numerus ē ifinit⁹: aut aliqd ifinitū ē: aut linea est ifinita: i vnaquaq; ista℞ tenēr cathegorematice z i sensu cōposito: Sed tenenr sincathegorematice qñ ponūtur a pte subiecti nō pcedente aliquo q℞ sit ɔterminatio ei⁹: vt ifinitus numer⁹ ē aliqs nūer⁹. Eodē mō dicitur de hoc termino totus ta tu;. ¶ Et differt valde sensus ɔpositus a diuiso mediante hoc termino infinitus ta tu;. Primo q̄r in sensu cōposito significat aliqđ certū z determinatū: esse sine pncipio z sine fine: vt linea est infinita significat q℞ aliq̄ certa z determinata linea vt. a. linea: vl. b. linea: est sine pncipio z sine fine. Similiter hec numerus ifinit⁹ est: significat q℞ aliquis cert⁹ z determinatus numerus est sine pncipio z sine fine: Sed in sensu diuiso sincathego p⁹ dria.

rematice significat quocūq3 finito da to vł dabili dari maius i q̃cūq3 ppor tiōe: vt ifinit° numer° est significat q̄ quocūq3 numero finito dato vel da bili datur maior in duplo: z i triplo:
2ª dīa. z i q̃druplo: z sic i ifinitū. ¶Est etiā vna alia dīa q̄ sincathegorematice est signū ɔfusiuū z redit totā ppōnē exponibilē. Uñ hec est exponibilis ifinit° est aliqs numer° z p̄dicatū stat ɔfuse tm̄ vt p3. S3 hec aliqs numer° est ifinit°: nō ē exponibilis s3 resolui tur z p̄dicatū stat determinate. Jō nō seqt̄ ifinitū numer̄ potes numerare ḡ potes nūerare numer̄ ifinitū. Nec seqt̄ ifinit° numer° ē numer° finit°: er go numer° finit° ē ifinit° numer°: nec seqt̄ ifinita sūt finita ḡ finita sūt ifini ta. In oīb° his est añs ver̄ z ɔñs fal suz. Silr̄ ñ seqt̄ ifinita erit aliq̃ linea ḡ aliq̃ linea erit ifinita. pōito. n. q̄ qs i p̄ma pte pportionali hui° hore pro duceret vnā lineā pedalē: z i scd̄a bi pedalē: z i tertia tripedalē z sic dein ceps p3 añs eē ver̄ z ɔñs falsū. Itē nō seqt̄ infinita velocitate mouebit̄ .a. ḡ .a. mouebit̄ ifinita velocitate: po sito q̄ .a. sit vnū mobile icipiēs mo ueri nūc vno certo gradu remisse ve locitatꝪ: z q̄ i p̄ma pte pportiōali hu ius hore mouebit̄ a gradu: i scd̄a in duplo veloci°: z i tertia i triplo z sic in infinitū: z p3 q̄ añs est ver̄ z ɔñs falsū: q̄ i q̃cūq3 data velocitate mo uebit̄ .a. illa erit finita z nō ifinita: vt p3. Itē nō seqt̄ ifinita tarditate moue bit̄ aliqs pūct° i celo ergo aliqs pū ctus i celo mouebit̄ ifinita tarditate: añs enī est ver̄ de pūctis ppiquāti bus alteri polo r̄ z ɔñs falsū: añs p3 q̄ aliquāta tarditate mouebit̄ aliqs pūct° i celo: z nō tāta qn maiori: q̄ q̃ cūq3 tarditate d̄mōstrata: maiori ista mouebit̄ aliqs pūct° ppinquior po lo imobili vt p3: z sic infinitū: z q̄ cō seq̄ns sit falsū p3: q̄ quocūq3 puncto dato in celo nō mouebit̄ infinita tar ditate: q̄ quocūq3 pūcto remoto da to: dat̄ pūct° tardior mot° infinitū. itē nō seqt̄ in infinitu3 a motor excedit suā resistentiā ergo a motor excedit suā resistētiā in infinitū: añs ē ver̄ et ɔñs falsū: ḡ ɔña non valet: q̄ añs sit ver̄ pbat̄. Aliquātū a motor excedit totā resistētiā suā: vt p3: q̄ ad oē mo tū reqrit̄ pportio maioris ineq̃litatꝪ: et p maiorē excessū excedit medieta tē illi° resistētie: et p maiorē excedit t̄ tiā ptē illi° resistētie: z sic in ifinitū vt patet ergo zc̄.: q̄ aūt ɔñs ɔñe p̄nci palis sit falsū manifestū ē iō nō pbo Itē nō seqt̄ i ifinitū .b. excedit aliquā ptē sui ergo .b. excedit aliquā ptē sui i ifinitū: añs est verū z ɔñs falsu3 q̄ añs sit ver̄ pbat̄: z sit .b. vna linea pe dalis z arguit̄ sic. Aliquātū .b. exce dit aliq̃3 ptē sui puta p mediū semipe dale z ñ tātū q̄ i duplo plus excedit aliquā ptē sui: z i triplo: z i q̃druplo z sic i ifinitū ḡ .b. excedit aliquā pte3 sui i ifinitū p3 ɔña3 cū maiori qm̄ pe dale excedit suā medietatē p semipe dale: minor silr̄ p3: qm̄ si p semipeda le excedit suā medietatē: p idē semi pedale excedit medietatē illi° medie tatꝪ i duplo plus: z t̄tiā ptē illi° in tri plo plus: z q̃rtā i q̃druplo plus: z sic i ifinitū. Quot āt ɔñs ɔñe principa lis sit falsu3 p3 qm̄ nullū finitū exce dit suā partē excessu ifinito. Ite3 nō sequit̄ ifinita erit ista linea ergo ista linea erit ifinita: ɔñs eni nihil valet demōstrādo lineā giratiuā: capiatur eni vna colūna spissitudis pedalis z diuidat̄ ad imaginē i ptes pportiōa les pportōe dupla: et capiat̄ linea gi ratiua girātē p̄mā ptē pportionalē: z aliā girātē scd̄a3 pte3: z aliā girāte3 t̄tiā pte3: z sic i ifinitū: z q̄ ifinite sūt ptes pportiōales hui° colūne: iō zc̄.

imaginemur vnā lineā dscēdētē a supremo hui⁹ colūne ꝛ reuertere p̄rio p̄mā ptē pportionalē: deinde secūdā: ꝛ tertiā: ꝛ sic i ifinitū ꝛ pꝫ ꝙ aīs ē verū: qꝛ aliqꝫta erit ista linea ꝛ ñ erit tāta finita ꝙ maioꝛ erit ista linea ꝛc. et tñ ꝯñs ē falsū. Itē nō seqꝛ i ifinitū pt hoc ꝯtinuū eē diuisū ğ hoc ꝯtinuuꝫ pōt eē diuisū i ifinitū: aīs ē veꝝ: qꝛ in aliquātū pōt hoc ꝯtinuū eē diuisū et nō i tātū ꝙ i plus ğ ꝛc. ꝛ ꝯñs ē fm: qa significat p̄ncipaliter ꝙ hoc ꝯtinuū pōt eē diuisū i ifinitū .i. ī aliquā multitudinē nō h̄ntē p̄ncipiū nec finē qḋ ē īpossibile. Itē ñ seqꝛ p ifinitū tp̄s pōt h̄ ꝯtigēs eē futuꝝ: ğ hoc ꝯtingēs pōt eē futuꝝ p ifinitū tp̄s: aīs .n. ē veꝝ et ꝯñs falsū ꝛ iplicat cōtradictionē: qḋ aīs sit veꝝ: pbaꝛ ꝛ capio vnū effectū ꝯtigētē futuruꝫ ad vtrūlibet: vt puta antixp̄ꝫ eē q sit .a. ꝛ arguiꝛ sic: p aliqn tū tp̄s pōt .a. eē futurū: ꝛ nō p tātū qn p mai⁹ i duplo: ꝛ i triplo: ꝛ sic i ifinitū ğ ꝛc. pꝫ ꝯña ꝛ aīs silr. Quot āt ꝯñs ꝯñtie p̄ncipalis iplicet: pbaꝛ: qm̄ si .a. pōt eē futuꝝ p ifinitū tp̄s: seqꝛ ꝙ .a. pt eē futuꝝ p totū tp̄s eternū qḋ iplicat qm̄ si .a. ē futuꝝ p totū tp̄s eternū ğ .a. erit ex quo ē futuꝝ: ꝛ .a. nūquā erit ex quo ē futuꝝ p totū tp̄s eternū: qm̄ si aliqñ erit: seqꝛ ꝙ nō ē futuꝝ p totū tēpus eternū: si ğ .a. sit futuꝝ p totū tp̄s eternū seqꝛ ꝙ .a. erit: ꝛ ꝙ .a. nūqꝫ erit qḋ ē manifesta ꝯtradictio. Itē nō seqtur ifinitas ptes eq̄les nō cōicātes h̄ꝫ sortes ergo sortes h̄ꝫ ifinitas partes eq̄les nō cōicātes: aīs .n. ē veruꝫ ꝛ ꝯñs falsū: pbaꝛ p̄rio ꝙ ātecedēs sit

Nom pm veꝝ. ¶ Notādū tñ ꝙ ptes nō cōicantes alicui⁹ ꝯtinui sūt ille: q̄rū vna est totalit̄ extra aliā vt due medietates: tres tertie: q̄tuoꝛ q̄rte: exēplū vt si eēt vna linea bipedalis cui⁹ vn⁹ pūctus extrem⁹ sit .b: ꝛ ali⁹ .a: tūc ista duo pedalia .s. .a. ꝛ .b. sūt due ptes eq̄les non cōicātes linee date ꝛ sūt duo pedalia ñ cōicātia qm̄ .a. ē aliḋ pedale ab .b. ꝛ ecōtra .b. ē aliḋ pedale ab .a. ꝛ ita in linea data sūt solū duo pedalia nō cōicātia. Partes vō cōicātes sūt q̄rum nulla est totaliter extra aliā: vt pꝫ i linea data ifinita eni ibi sunt pedalia cōicātia: qꝛ a quolibet pūcto medio iter .a. et .b. ad aliquē pūctū mediū inter .b. et .c. pōt describi pedale: sed ifinita sūt pūcta iter .a. et .b. ꝛ iter .b. et .c. vt pꝫ. ğ ꝛc. Exēplum hui⁹ linee pꝫ iferius in margine.

b———————————————a

His declaratis ꝛ positis pbaꝛ: ꝙ aīs p̄ncipalis ꝯñtie sit veꝝ ꝛ arguiꝛ sic: duas ptes eq̄les nō cōicātes h̄ꝫ sortes: ꝛ tres ptes eq̄les nō cōicātes h̄ꝫ sortes: ꝛ q̄tuoꝛ: ꝛ qnqꝫ ꝛ sic i ifinitū ğ ꝛc. ¶ Et sic aliq̄t ptes eq̄les nō cōicātes h̄ꝫ sortes ꝛ nō tot finitas ꝙ i duplo plures: ꝛ i triplo pl'es: ꝛ i q̄druplo: ꝛ sic i ifinitū ergo ꝛc. pꝫ ꝯña ꝛ aīs faciliter deduciꝛ: qḋ ꝯñs ꝯñtie p̄ncipalis sit falsuꝫ pbaꝛ: qm̄ si sortes h̄ꝫ ifinitas ptes eq̄les nō cōicātes seqꝛ qḋ sortes sit ifinit⁹: qꝛ oē cōpositū ex ifinitis ptib⁹ eq̄lib⁹ nō cōicātib⁹ ē infinitū. Et ex his pꝫ qḋ aliqḋ corp⁹ ē p̄cise bipedale ꝛ tñ i ipso sūt ifinita pedalia ꝛ vlteri⁹ relinqtur hāc ꝯñaꝫ nō valē ifinita pedalia sunt in ista linea: vel in ista linea sūt infinita pedalia ergo ista linea ē infinita dꝫ eni addi in añcedēte nō cōicantia. Silr arguēdo sic infinitū numeꝝ potes numerare ergo aliquē numerū ifinitū potes numerare nō valet ꝯña Nec seqꝛ ifinit⁹ numer⁹ ē finitus ergo aliqs ifinit⁹ numer⁹ ē finit⁹ Nec seqꝛ ifinita sūt finita ergo aliq̄ ifinita sūt finita Nec seqꝛ ifinitas ptes equales nō cōicātes h̄ꝫ sortes ergo aliq̄s ifinitas ptes eq̄les nō cōicātes h̄ꝫ sortes ꝛ sic de aliis: ꝛ rō ē: qꝛ tale signuꝫ Corre m

particulare additū taliter uno facit stare cathegorematice. ¶ Etiā nota q̄ hec propositio: infinitus numerꝰ est numerus finitus: nō habet cōuerti in hāc numerus finitus est infinitꝰ q: ātecedens est ue℞ ꝛ consequens falsum. Similiter ista nō habet ꝯuerti in ifinita sunt finita: hāc finita sunt infinita: nā cōtinue idē terminus stat sinchathegorematice in una ꝛ cathegorematice in alia: ꝛ ideo ista infinitus numerus est numerus finitꝰ retinet naturam uniuersalis affirmatiue: ꝛ ideo habet ꝯuerti p accidēs in istam: infinitus numerus est aliquis numerus. Et ista infinita sunt finita hꝫ ꝯuerti in ista infinita sunt etiā aliqua: ꝛ sic de alijs. ¶ Ulteriꝰ nota q̄ frequenter fit deceptio in his terminis addito relatiuo: unde non seq̄r infinitus est aliquis numerus qui est finitus ergo infinitus ē aliqs numerꝰ ꝛ ipse est finitꝰ: finite sunt partes sortis equales nō cōicātes: ergo infinite sunt partes sortis eq̄les nō cōicantes qua℞ aliqua ē ps sortis: ꝛ illas hꝫ sortes: nulla ha℞ consequentia℞ ꝛ similiū est bona: q: tale relatiuū stās cōfuse nō hēt resolui ut dictū est: ꝛ i qualibet dicta℞ ꝯñtia℞ est antecedēs ue℞ ꝛ ꝯñs falsum ut pꝫ intuenti. Similiter iste terminus totus tantum tenetur dupliciꝰ sincathegorematice ꝛ facit sensū diuisū: cathegorematice ꝛ facit sensum ꝯpositū: teneꝰ sincathegorematice quando p̄cedit in ꝓpositiōe nō p̄cedente alia determinatiōe ut totꝰ sortes est ps sortis: ꝛ tunc teneꝰ in sensu diuiso: teneꝰ v̄o cathegorematice cum poniꝰ a pte p̄dicati uel a pte sibi p̄cedēte alia determinatione eiꝰ: exēplum primi ut in oculo tuo est totū ens mundi: exēplū secundi: ut aliq̄d totū est in oculo tuo aut ens totū est in oculo tuo ꝛ tunc stat in sensu cōposito. ¶ Differt sensus ꝯpositus a diuiso cū isto tmino totꝰ ꝛc. q: i sensu diuiso reddit ꝓpōnē exponibilē in sensu ꝯposito est terminus resolubilꝰ. ¶ Itē in sensu diuiso ꝯuertiꝰ cum uniuersali ꝛ est terminus ꝯfusus sed in sensu composito neut℞ isto℞ sibi ꝯuenit ut patet. ¶ Itē differunt in significato: q: in sēsu diuiso ꝛ sincathegorematice totus idē est q̄ q̄libet ps: Unde ista ꝓpositio totus sortes est aliq̄d sortis significat q̄ q̄libet ps sortis est aliq̄d sortis: sed in sensu ꝯposito significat ens integrū ꝛ pfectū cui nihil deest ut patet ex usu loquendi ꝛ accipiendi hos terminos. ideo nō seq̄r in oculo tuo est totū quod est mundo ergo totū q̄ est in mundo est i oculo tuo: añs .n. est ue℞ q: in oculo tuo est hoc demōstrādo pupillā: ꝛ hoc ē totū q̄d ē in mundo: q: hoc ens integrū q̄ ē in mundo: ergo hoc ē totū q̄d est in mundo: pꝫ ꝯña ab uno conuertibili ad reliquū: ḡ in oculo tuo est totū q̄ est in mundo: ꝛ q̄ cōsequēs p̄ncipalis ꝯñe sit falsū: pꝫ q: ꝯuertiꝰ cū ista falsa quelibꝫ ps entis quod est in mundo est in oculo tuo: ꝛ q̄ hec sit falsa pꝫ qm̄ hꝫ secundā exponentē falsā. Nec seq̄r omnis hō ē totum in quātitate ergo totū q̄d est in quātitate ē omnis hō añs .n. uerum ꝛ ꝯñs falsū ut pꝫ deducēdo ut prius. Nec seq̄r anima est tota in homine ergo totū in homine est anima antecedens est uerum ꝛ ꝯñs falsum ut prius: ꝛ in his tribꝰ argumētationibus arguiꝰ a sensu cōposito uero ad sensum diuisum falsū. ¶ Similiter arguendo a sensu diuiso ad compositum nō ualet ꝯsequentia q: non sequiꝰ: totus sortes est pars sortis ergo sortes totus est pars sortis añs .n. est ue℞ ꝛ ꝯñs falsum deducen

do ut prius ꝛ ita dicatur de alijs. ¶ Si quis autem probaret omnes illas consequentias: ex hoc quod arguitur ad conuersa ad conuertentem. ¶ Dicatur quod
Rū. nulla illarum est bona conuersio: cum continue in una tenetur idem terminus cathegorematice ꝛ in alia sincathegorematice: ꝛ ideo hec: totus homo est aliquid hominis conuertitur sic: aliquid hominis est pars hominis: ꝛ ista oculus tuus est totum ens mundi: non conuertitur sic ergo totum ens mundi est oculus tuus: quia antecedens est uerum ꝛ consequens falsum: sed sic oculus tuus est totum ens mundi ergo aliquod totum ens mundi est oculus tuus ꝛ patet quamlibet istarum esse ueram ꝛc.

¶ Quintus modus.

¶ Respectu note huius coniunctionis ꝛ: si fiat compositio vel diuisio: faciliter ꝛc.



Iste est quintus modus sensus compositi ꝛ diuisi fit mediantibus his terminis ꝛ: et uel: et est sensus compositus quando tenentur colectiue: diuisus vero quando tenetur diuisiue. ꝛ licet multa quod ad istum modum fiant sophismata inter cetera tamen sunt facilius solubilia: quia statim cognoscitur quando est sensus compositus ꝛ quando diuisus. ¶ Differt sensus compo-
Dria. situs a diuiso mediante ista coniunctione ꝛ: quia sensus diuisus requirit verificationem cuiuslibet partis copulati: vt tu es homo ꝛ albus: hec est in sensu diuiso: ad cuius veritatem requiritur quod tu sis homo ꝛ sis albus: ꝛ ideo a tali copulato ad copulatiuam ꝛ econtra est bona consequentia ꝛ conuertuntur: Sensus vero compositus requirit verificationem totius copulati colectiue ꝛ non diuisiue vt sortes ꝛ plato sunt duo homines: ista nullo modo verificatur diuisiue sed collectiue: ꝛ solet communiter teneri colectiue ꝛ in sensu composito: quando super tale copulatum cadit immediate signum confusiuum vt tu differs ab homine ꝛ ab asino: Et similiter cum termino numerali vt sortes ꝛ plato sunt duo homines. Sed maxime quo ad istum modum debet considerari casus ꝛ intentio opponentis quo cognito immediate percipitur.

Sensus compositus ꝛ diuisus. ¶ Similiter differt sensus compositus a diuiso mediante hac coniunctione vel: quia sensus diuisus requirit verificationem disiunctiuam pro altera parte: sensus vero compositus non requirit hoc: sed solum quod verificetur totum disiunctum colectiue: Exemplum vt dicendo Omnis numerus est par vel impar: omnis linea est recta vel curua: Iste due propositiones sunt vere ꝛ tamen pro nulla parte quia falsum est quod omnis numerus sit par: ꝛ falsum est quod omnis numerus sit impar: Similiter dicitur de linea: ꝛ ideo iste due sunt vere in sensu composito: ꝛ false in sensu diuiso: Sed dicendo tu es homo vel asinus est in sensu diuiso: ꝛ requirit verificationem diuisam pro altera parte: quando igitur requirit talem verificationem est in sensu diuiso: quando vero non est in sensu composito. ¶ Et ex his patet differentia inter sensum compositum ꝛ diuisum quo ad hunc modum: quia in sensu diuiso copulatum equipolet copulatiue ꝛ disiunctum disiunctiue: sed in sensu composito non: Patet etiam alia differentia quia in sensu diuiso a copulato ad quamlibet eius partem: ꝛ a quamlibet parte disiuncti ad totum disiunctum valet consequentia: sed in sensu composito non valet. ¶ Item in sensu diuiso a disiuncto cum destructione vnius partis ad alteram partem valet consequentia: sed non in sensu composito. Unde non sequitur omne animal est rationale vel irrationale sed non omne animal est rationale ergo: omne animal est irrationale. Et quamuis facile discernitur inter sensum compositum ꝛ diuisum quo ad hunc modum: tamen maxime fit sensus compositus cum has notas ꝛ: et

(right margin: Correlarium; prima differentia; 2a differentia; 3a differentia)

vl'. cum pcedit signū ɔfusiuū: vt dicēdo tu differs ab homie ⁊ ab asino: ⁊ tu es aliud ab hoie ⁊ ab asino: ql̄ibȝ istaꝝ ē i sensu cōposito vt pȝ. ¶ Quātum ad istum modū nō seqr̄: Isti sūt albi ⁊ nigri: ergo isti sunt albi: denumeratis. n. hoib⁹ albis ⁊ hoibus nigris: est antecedens veꝝ ⁊ cōsequēs falsum vt pȝ. Item nō seqtur duo homines sunt in hoc ⁊ in illo loco: ergo duo hoies sunt in hoc loco: demōstratis duob⁹ locis quoꝝ qlibȝ sit adequat⁹ vni⁹ hoīs est antecedēs verum ⁊ ɔn̄s falsuȝ. Itē nō seqr̄ sortes ⁊ plato hn̄t. a: ⁊. b: d̄narios: ergo sortes hȝ. a: ⁊. b: denarios: vel q̄ sortes ⁊ plato hn̄t a denarium: dato. n. quod sortes hēat solum a: ⁊ plato soluȝ. b: ē an̄cedens veꝝ ⁊ ɔn̄s falsum vt pȝ. Itē nō seqtur sortes ⁊ plato hn̄t q̄tuor denarios: ergo sortes hȝ q̄ttuor denarios. posito qd̄ qlibet ipsorū hēat solum duos: pȝ ɔn̄tiaȝ nō valere. Itē nō seqtur sortes pōt ferere a: ⁊ pōt ferere. b: ergo sortes pōt ferere a: ⁊ b: posito eni qd̄ sortes sit potētie vt octo. ⁊ a: sit resistētie vt septem: ⁊ b. silr̄ vt septem: pȝ ɔseq̄ntiā nō valere. Item nō seqtur a ꝓpositio pōt eē vera i hoc istanti: ⁊. b. ꝓpositio pt̄ eē vā in hoc istanti: ergo. a: ⁊. b: ꝓpositiones pn̄t esse vere in hoc istanti simul: dato enim quod. a. ⁊. b. sunt iste tu sedes: ⁊ tu nō sedes: vl' alie due cōtradictorie cōtingētes: est antecedēs verū ⁊ cōsequēs falsuȝ. Itē nō sequit̄ sortes potest esse in a: loco in. b. instāti ⁊ plato potest eē in. a. loco i. b. istāti: ergo sortes ⁊ plato possunt esse in. a. loco in. b. instāti: posito qd̄ a sit locus adequatus vnius hoīs patet qd̄ consequentia non valet. Similiter nō sequitur sortes potest esse in a loco in hoc instāti: ⁊ potest esse i. b. loco in hoc instāti: ergo sortes potest esse in. a. ⁊. b. loco in hoc istātū: patet enim consequentiam nō valere. Similiter non sequitur duo ⁊ tria sunt quinqȝ: ergo duo sunt quinqȝ. Nec sequitur hoc scutum est album ⁊ nigruȝ: ergo hoc scutū est albuȝ. ¶ Similiter pcedēte signo cōfusiuo: Unde nō sequitur tu differs: aut es aliō ab homine ⁊ ab asino: ergo tu es aliud vel tu differs ab homine antecedens eniȝ est verū vt patet per exponentes ⁊ cōsequēs falsum: Nec seqtur tu non es homo ⁊ asinus: ergo tu nō es homo. ¶ Et nota qd̄ disiunctum est quasi superius ad quālibet eius partem: ideo arguendo a parte disiuncti ad totum cuȝ signo distributiuo aut negatiuo precedēte: non valet similiter consequentia: quia arguitur quasi ab inferiori ad superi⁹ cuȝ distributione vtriusqȝ partis: Iō nō sequit̄ tu differs aut es aliud ab asino ergo tu differs aut es aliud ab homine vel ab asino: an̄s eniȝ est verum ⁊ cōsequens falsuȝ vt patet per exponentes. Silr̄ n̄ seqr̄ tu nō es asin⁹: ergo tu nō es hō vl' asin⁹: satis facilr̄ pcipit̄ sensus cōposit⁹ cū his cōiunctōib⁹ ⁊: pcipit̄ ɔn̄a ⁊ nō valere a sensu cōposito ad diuisuȝ nec cōtra. Nota.

Solet tn̄ difficultas ingerri ō q̄libȝ istarū ɔn̄tiaꝝ: qn̄ ista ɔiunctio ⁊: copulat terminos a pte subiecti positos: quoꝝ vn⁹ distribuit̄ ⁊ alter nō: ⁊ silr̄ qn̄ ista ɔiūctio vel disiungit termios a pte subiecti: quoꝝ vn⁹ ē distribut⁹ ⁊ alter nō: Exemplū pmi vt oīa duo ⁊ tria sunt qnqȝ: Exēplum scdi: vt Ois hō vel asinus est asin⁹: Unde aliq distinguūt istas consequentias: Omnia duo ⁊ tria sunt qnqȝ: omnia duo ⁊ tria sunt quattuor: ergo quattuor sunt quiqȝ: Omnis hō vel asin⁹ ē homo: ois homo vel asinus est asin⁹: ergo homo

est asinus: vnde si totuz copulatū vel disiūctū sit subiectū: seqꝛ ꝯñam eē bonā & maiorē eē negādā: si vō solū prima ps disiūcti aut copulati sit subiectū & residuū sit pdicatū negāt ꝯñaz. ¶ Sz meli⁹ dicitꝛ scḋz Hētisbe⁊ negādo simpliciter oēz talē ꝯñaz: qꝛ in nulla tali cōcludiꝛ tota maior extremitas de tota minori: Unde nō seqꝛ oīa duo & duo sūt q̄tuor: oīa duo et duo sunt tria: ergo tria sūt quatuor. Itē nō seqꝛ oīa duo & tria sunt qnqꝫ: oīa duo & tria sūt tria: ergo tria sunt qnqꝫ. Ois hō & duo hoies sunt tres hoies: ois hō & duo hoies sunt duo hoies: ergo duo hoies sunt tres homines: & sic de alijs: in nulla.n. harū ꝯñtia⁊ pdicaꝛ tota maior extremitas de tota minori. Jō i pma deberet sic cōcludi. Oia duo & duo sunt q̄tuor: oia duo & duo sūt tria: ḡ duo & tria sꝫ duo & q̄tuor: & tūc ꝯñā ē bona & totū añs ē ve⁊ & ꝯñs similiter ve⁊: nam maior ē vā exponēdo sic: duo & duo sūt quatuor: & nulla sūt duo q̄tuor qn illa & quatuor sit q̄tuor ergo &c. Silr minor ē vera eodē mō exponēdo: vt duo & duo sunt tria: & nulla sunt duo qn illa & tria sint tria ergo &c. maior patet: qꝛ hec sūt tria demōstrando.a. .b.c. & hec sūt duo & duo: qꝛ sūt.a.b.et b.c. Et scḋa expōnēs pbaꝛ similr. Similiter pꝫ ꝯclusio: scilicet duo & tria sūt duo & q̄tuor: qm̄ hec sūt duo & q̄tuor demōstrādo.a.b.c.et hec sūt duo & tria: ergo &c. pꝫ pma resoluēs qm̄ hec sūt.a.b.et.b.c.et ista sunt duo & q̄tuor qḋ erat pbandū: & eodē mō pbatur scḋa resoluēs quare &c. Itē seqꝛ omnia duo & tria sūt qnqꝫ: oia duo & tria sunt q̄tuor: ergo tria & q̄tuor sūt tria & qnqꝫ. Itē ois homo & duo homines sunt tres hoies: ois hō & duo hoies sūt duo hoies ergo duo hoies & duo hoies sunt duo hoies & tres hoies: & i his cōcludiꝛ tota maior extremitas de tota minori & semp ē cōclusio vā vt pꝫ. ¶ Ideo cōclusio scḋi sillogismi n̄ ē illa: ergo tria sūt qnqꝫ: sꝫ ista ergo tria & duo: sūt tria & qnqꝫ & hoc ē ve⁊: vt pꝫ. ¶ Similiter ꝯclusio tertij sillogismi n̄ ē illa: ḡ duo homines sūt tres hoies: sed ista: ḡ duo hoies & duo hoies: sūt duo hoies et tres hoies qm̄ q̄tuor hoies sūt q̄tuor hoies & tres hoies & idē: sūt tres homines & duo hoies vt pꝫ.

Sed arguiꝛ qḋ sillogismi negati sūt boni qꝛ. Prim⁹ ꝯuertiꝛ cū isto bono. Quecūqꝫ sunt duo & duo sūt quatuor: quecūqꝫ sunt duo & duo sūt tria: ergo tria sūt q̄tuor. Secūdus ꝯuertiꝛ cū isto bono. Quecūqꝫ sūt tria & duo sūt qnqꝫ. Quecūqꝫ sunt tria & duo sūt tria: ergo tria sūt qnqꝫ. Terti⁹ cōuertiꝛ cum isto bono. Quecūqꝫ sūt hō & duo hoies sūt tres homines: q̄cūqꝫ sūt hō & duo hoies sūt duo hoies: ḡ duo hoies sꝫ tres hoies. instātia

